Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Timuerunt autem obstetrices dm. & non fecerunt iuxta preceptum
regis egypti. sed seruabant mares. Quibus ad se accersi
tis. rex ait. Quid nam est hoc quod facere uoluistis. ut pue
ros reseruaretis. Que responderunt. Non sunt hebree sicut egyptie
mulieres. ipse enim obstetricandi habent scientiam. & pri
quam ueniamus ad eas pariunt. Bene ergo fecit dns obstetri
cibus. & creuit ppls. confortatusque est nimis. Et quia timue
rant obstetrices dm. edificauit illis domos. Precepit ergo
pharao omni pplo suo dicens. Quicquid masculini
sexus natum fuerit in flumen proicite. quicquid feminei. re
seruate. Egressus est post hec uir de domo leui. accepta
uxore stirpis sue. Que concepit & peperit filium. & uidens
elegantem infantem. abscondit tribus mensibus. Cunque iam
celare non posset. sumpsit fiscellam scirpeam. & liniuit eam
bitumine ac pice. posuitque intus infantulum. & expo
suit eum in carecto ripe fluminis stante procul sorore eius
& considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia pha
raonis ut lauaretur in flumine. & puelle eius gradiebantur
per cripidinem aluei. Que cum uidisset fiscellam in papirione.
misit unam e famulabus suis. & allatam aperiens. cernensque
in ea paruulum uagientem. miserta eius ait. De infantibus he
breorum est hic. Cui soror pueri. uis inquit ut uadam & uocem
tibi hebream mulierem que nutrire possit infantulum. Que
ait. Uade. Prexit puella. & uocauit matrem eius. Ad quam
locuta filia pharaonis. Accipe ait puerum istum & nutri mihi.
ego tibi dabo mercedem tuam. Suscepit mulier & nutriuit
puerum. adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa ad
optauit in locum filii. uocauitque nomen eius moysen